



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Lingonensi, & Abbati Villariensi Metensis diocesis, magistro N.
Canonico Viridunensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

petuis ibidem temporibus inuolabiliter obferuetur. Præterea quascunque poffefiones, quæcunque bona idem monasterium &c. usque illibata permaneant. in quibus hæc &c. usque exprimenda vocabulis. Locum ipsum &c. usque pertinentis suis. Massaritam de pecuniis, cum vinea & nemore ac hominibus ad districtum vestrum pertinentibus. Clausuras etiam, molendina, caufagium torum, Ecclesiam sancti Marci prope monasterium sitam, cum parochia & sepultura omnium tam majorum quam minorum ibidem commorantium, debitis honoribus, & omni iure suo, sicut ea hæctenus à quadraginta annis retro iustè ac pacificè posseditis. Terram de Moso, cum clausura & omnibus pertinentiis suis. Redditus de Guliano, & omne jus quod habetis in eadem villa, sicut in instrumentis publicis continetur. Decimas etiam poffessionum vestrarum, quas à quadraginta annis hæctenus pacificè tenuistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de nutrimentis &c. usque extorquere præsumat. Liceat quoque vobis &c. usque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum &c. usque sine Abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò &c. usque nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum &c. usque divina officia celebrare. Sepulturam præterea illius loci &c. usque nullus obfistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate &c. usque secundùm Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Præterea libertates & immunitates antiquas & rationabiles consuetudines monasterio vestro collatas, sicut hæctenus observatæ sunt, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas manere præfenti decreto sancimus. Auctoritate quoque apostolica interdicitur ne quis infra fines parochiæ vestræ, præsertim à sancto Leonardo usque ad sanctam Christinam, ullatenus sine assensu dioecisani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium de novo ædificare præsumat. Salvis tamen privilegiis Pontificum Romanorum. Prohibemus etiam ne quis in vos vel monasterium vestrum excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententiam sine manifesta & rationabili causa promulgare præsumat, vel novas & indebitas exactio-

nes vobis vel hominibus vestris imponat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare &c. usque usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ auctoritate & Vallisumbrosæ Abbatis debita reverentia. Si qua igitur in futurum &c. usque districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco &c. usque præmia æternæ pacis inveniunt. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij 11 r. Kal. April. Indictione xv. incarnationis dominicæ anno MCCXII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno xv.

EPISCOPO LINGONENSI,
& Abbati Villariensi Metensis diocesis,
magistro N. Canonico Verdunensi.

Cum per alias litteras collationem octo præbendarum quæ in Metensi Ecclesia tanto tempore vacaverunt quòd iuxta Lateranensis statuta Concilij ad nos est earum donatio devoluta sub certa forma vobis duxerimus committendam, quia nos dilecto filio P. Clerico nepoti bonæ memoriæ Henrici Albanensis Episcopi, qui multorum testimonio perhibetur idoneus, unam contulimus earundem, sicut in eisdem litteris fecimus mentionem, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatinus unam de prædictis præbendis ipsi sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo assignetis, & faciatis eundem pacifica possessione gaudere, non obstante quòd Metense Capitulum dicitur fructus ipsarum usque ad quadriennium obligasse; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Quòd si non omnes &c. tu ex, frater Episcope, cum eorum altero nihilominus exequaris. Datum Laterani 11. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quinto. decimo.

Epist. 17.
De quadam
præbenda Me-
tensi.

G. THESSALONICENSI ARCHIEPISCOPO
ejusque successoribus canonice substituendis
in perpetuum.

Quanta dignitatis Thessalonicensis antistes fuerit ab antiquo, per authentica scripta prædecessorum nostrorum evidenter apparet. Quod ut plenius declareretur, pauca de multis in medium duximus proponenda. Scribens enim sanctæ memoriæ Leo Papa Anastasio antistiti Ecclesiæ Thessalonicensis sic ait: De persona con-

Epist. 18.
Eum consilio
Primate &
Legatum sedis
apostolicæ.
Vide lib. 4. de
concord. sacrd.
& imp. cap. 19.
& 1022.
Leo 1. epist. 84.

G G g g iij